Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IERE

et pauet eos gladio & dabo uuu
tam substantiam eorum & ciuitatis
huius & omnem laborem eius & de
& pretium cunctosq; thesauros re
gum iuda dabo in manus inimi
corum eorum & diripient eos & tol
lent & deducent in babilonem. Tu
autem phassur & omnes habitatores do
mus tue ibitis in captiuitatem & in
babilonem uenies & ibi morieris
ibiq; sepelieris tu & omnes amici
tui quibus prophetasti mendacia.
Seduxisti me domine & seductus sum
fortior me fuisti & inualuisti. factus
sum in derisum tota die omnes de
sannabant me quia iam olim loqr
uociferans iniquitatem & uastitatem
clamito. factusq; est michi sermo do
mini in opprobrium & in derisum tota
die & dixi. Non recordabor eius. neq;
loquar ultra in nomine illius. Et
factus est in corde meo quasi ignis
estuans claususq; in ossibus meis
& defeci ferre non sustinens. audiui
enim contumelias multorum & timorem
in circuitu. Persequimini & persequemur
eum. Et omnibus uiris qui erant
pacifici mei & custodientes latus
meum si quomodo decipiatur & pre
ualeamus aduersus eum & consequamur
ultionem ex eo. Dominus autem me
cum est tanquam bellator fortis. Idcir
co qui persecuti sunt me cadent & infir
mi erunt & confundentur uehemen
ter quia non intellexerunt opprobrium
sempiternum quod numquam delebitur
Et tu domine exercituum probator
iusti qui uides renes & cor. uidean
quem ultionem tuam ex eis. tibi
enim reuelauimus causam meam. Can
tate domino laudate dominum quia
liberauit animam pauperis de manu
malorum. Maledicta dies in qua
natus sum. Dies in qua peperit
me mater mea non sit benedicta. Ma
ledictus uir qui annuntiauit patri
meo dicens. Natus est tibi puer
masculus & quasi gaudio letificauit
eum. Sit homo ille ut sunt ciui
tates quas subuertit dominus et
non penituit eum. audiat clamo
rem mane & ululatum in tempe
meridiano. qui non interfecit me a
uulua. ut fieret michi mater mea
sepulchrum & uulua eius concepi
eternum. Quare de uulua egres
sus sum ut uiderem laborem & do
lorem & consumentur in confusi
one dies mei. XXI

Verbum quod factum est
ad iheremiam a domino qu
misit ad eum rex sedechi
as phassur filium melchie & soph
oniam filium maasie sacerdotem
dicens. Interroga pro nobis domi
num quia nabuchodonosor rex ba
bilonis prehatur aduersus nos si
forte faciat dominus nobiscum se
cundum omnia mirabilia sua & re
cedat a nobis & dixit iheremias ad
eos. Sic dicetis sedechie. Hec dicit
dominus deus israel. Ecce ego conuer
tam uasa belli que in manibus uestris
sunt & quibus nos pugnatis aduer
sum regem babilonis & chaldeos q;
obsident nos intra muros eorum.